

plena virtutibus fovebat et cum
plenebatur spiritualiter ipsa an
te mulieres omnes scitate prece
lente: puto quod intelligit quod aiad
nent. Na alie quide partes gra
m mervent. ipa ante plena
gra ab angelo salutata. **Hec an**
telus. Oro. Illuc viga vesse
florida et fructifera maia vir
go btissima. de qua vincto ille
et singularis flos et fructus pro
dit. qd virtutu spualium gime eru
pit: flos suavissimus emittens
odorem: fructus sapidissimus in
mitens dulcore. flos cuius voi
tas expellit mesticia: fructus
cuius sacietas vlena dat leticia
Bndicta viga de radice vesse:
bndictus flos: qd de tali ra
dice ascendit. Bndicta arbor bnd
ictus et arboris fructus. Tuo er
go flore me recrea: tuo fructu
ab omni miseria me libera: vigo
maia in eternu bndicta. amen.

De receptioe iohis bap^{te} Ca. iiii

Vit autem in di
ebus illis salz
in diebus hero
dis regis in dec.
sacdos quida
noie sachaias

de pace abia: et uxor eius noie

quintu ad observacia ceremonialium:
sine qrela. quintu ad observacia
iudicialium: qz pacifice se ad proxi
mos habebant. Et no eat illis
filius ppt stilitatem: q est causa
specialis muliei. Ex quo appaet
deceptio pcursozis miraculosa: qz
no fuit tantu p natura: sed per
natura gra divina adiuta. **T**
Iste herodes de pre ydumeo de
cendens fuit alienigena: et ia cep
trum ablatu fuit de iuda: et
ideo tempus adueto xpi instabat: qz
iacob patriarcha spu pp hetico sig
nu aduetus xpi pdivent. qm reg
nu iude ad alienigena translatum
ess diceb. Non auferet ceptrum
de iuda zc. Et sciendu est hic
qz cu moyses vnicu instituisse su
mu sacerdotem. cui mortuo unus p
ordine succedet: dauid volens n
pliac cultu domo dmi. de xxiiii fa
milijs q descenderat ab aaro in
stituit viginnti quoz sacerdotes: su
per quos tm unus maior eat et su
mus oim: q dicebat princeps sac
dotu. Instituit etia ut vicissim mi
nistrates p ebdomada a sabbo
usq ad sabbatu tepoe vias sue
singuli castimoie student: nec
interi in domu ppam intraret:
sed in domuculis circa templum

msw. 08/11

alte Nr. 352.

Calixtus, G. mit

Samelband mit insges. 67 Disputationen
philosophischen Inhalts, darunter auch
einige mathematische.

Herman. Comringus

c. 13. 17. c. XL.

F. III. 6.



DISPUTATIO
 DE
MATHEMATICARUM
 DISCIPLINARUM
 ORIGINE, SEU PRIMIS INVENTORIBUS,
 diuisione, certitudine, item
 fine, & utilitate.

*Cuius Theses
 Diuina annuente gratia.*

Sub Præsidio
M. SVENNONIS IONAE
 MODERI SVECI,

In inchyta & illustri Academia IVLIA.

Pro viribus defendendas suscipit
SIMEON VVROCK HELMAE-
 STADIENSIS.

Die 15. Iunij.

HELMAESTADII,
 Excudebat IACOBVS LVCIVS, Anno
 c1o. 1o. cv.





Reuerendo, Clarissimo, nec non do-
ctissimo viro,

DN. CASPARO PFAFRA,
DIO SS. THEOLOGIAE DOCTORI,
in inclyta & illustri IULIA PRORECTORI
Magnifico & Professore publico:

Nec non

Reuerendo, pio & docto viro,
DN. HEINRICO STEINHVSIO
PRAEPOSITO, ET RELIQVIS DO-
minis ad sancti LVDIGERI
Monasterium,

Dn. Mæcenatibus, patronis, fautoribus & promotoribus suis
summo obseruantia cultu semper colendis:

Has disciplinarum Mathematicarum theses
in perpetuam memoriam

Dicat & offert

Simeon VVrock Helmstadiensis.

RESPONDENS.





THESIS I.

Mnes homines, qui alios antecellere student, vitam cum silentio, veluti pecora, quæ natura ventri prona atque obedientia finxit, non transfigant, sed animi, in quo summa vis est, bonis vtantur, solidè quicquam meditentur & faciant. Salustius in Proen. s. H.

2. Animi bona multa & præclara sunt. Deus enim in primâ creatione radios quosdam suæ sapientiæ mentibus hominum impressit, & omnium rerum perfectam cognitionem dedit. Gen. 1.

3. Cum in statu innocentia homo haud permansit, his bonis ferè cum omnibus alijs spoliatus, Deus tamen ex gratia scintillulas quasdam in mente (ne bestijs & brutis adæquaretur) hæere permisit quæ tectæ & absconditæ tanquam igniculi in cineribus latuerunt, vt cum externorum sensuum flabello excitarentur, magis magisq; indies accrescerent & ad amissam perfectionem properarent. Rom. 8.

4. Sensus homini dati sunt, qui per se nihil quidem iudicant, sed tantum instrumenta & organa sunt, per quæ sensile seu res obiecta defertur per Phantasiam ad intellectum, intellectus discurret, & ita memoriæ fideliter imprimat.

5. Hoc cum sagacissimi quicq; homines obseruarunt, à veron esse putarunt, vniuersum hoc contemplari, vt igniculi illi, qui in mente absconditi essent, per assiduam postea speculationem excitarentur, vt aliquatenus ad amissa bona peruenirent, & tum demum vitam non in silentio, sed in solido aliquo opere transfigerent.

6. In contemplatione hac, Experientiam per fidelem obseruationem introduxerunt, & per multiplicem singularium inductio-

inductionem, vniuersale tandem in intellectu efformarunt,
atq; ita ad artium & disciplinarum inuestigationem peruene-
runt. Vt Arist. 1. Metaph. *εμπειρία τὴν τέχνην ἀπειρία τὴν τὴν
ἐπιπέσει.*

7. *ἐπιπέσει.* Experientia nihil aliud est, quàm communis omnium
hominum sanorum vsus qui licet temporibus & locis disjunctissimi
essent, omnes tamen de re eadem idem scripserunt &
locuti sunt: Scientiarum præcepta veritatis præcepta sunt,
ideo omnibus ætatibus eadem sunt, nec aliquod est præceptum
in scientijs ESSENTIALE, quod verum fuit tempore Platonis,
Aristotelis, aut alicuius alius Philosophi quin & hoc ipsum
nunc tempore nostro verum est.

8. Ac inter multos homines, qui animum ad diuersarum
rerum speculationem applicuerunt suum, fuere & quidem
coelum immensam & magnam hanc supremi motoris fabri-
cam intuentes, motum & (cum natura nihil facit frustra) mo-
tus effecta fideliter considerantes.

9. *ἐπιπέσει.* Ac licet Adamus terram ex mandato Dei primus co-
lere & habitare cœpit, & ipsi plus otij fuisse non videtur,
quàm vt se in agricultura & ædium structura quæ tunc maxi-
mè necessaria primo fuit exerceret, in eaq; liberos suos in-
strueret & informaret: tamen illum hanc diuinam scientiam
in memoriam recollegisse nemini est dubium. Præsertim cum
is (vt author est Iosephus Antiquit. Iudai. cap. 3. lib. 1.) filios
suos in hac diligenter informauit; Nam cum filiis suis exter-
minationem totius orbis aut virtute ignis, aut aquarum pro-
fluio prædixit, Duas tabulas illi erexerunt, vnam latericiam,
ne igne conbureretur, alteram lapideam, ne aquarum incur-
sione molesteret, in quibus illa quæ de cœlestium corporum
motu didicerunt & inuenerunt, fideliter inscripserunt, & ad
posterios propagarunt.

10. *ἐπιπέσει.* Abrahamum postea hæc studia summa cum diligentia
coluisse

coluisse historiae veteres serio affirmant, vt Ioseph. li. 1. cap. 9. Abrahamum virum iustum, magnum, & expertum in rebus coelestibus nominat. Illum praeterea haec eadem Chaldaeos & Aegyptios docuisse, Idem Iosephus testis est.

11. Cum nihil, quod inuentum, statim perfectum & opus completum est, de harum scientiarum amplificatoribus, discrepantes & diuersae sunt authorum sententiae. Quidam hoc Aethiopibus tribuunt, eo quod sub aequinoctiali circulo degentes, & ferè noctu opera sua perficientes, serenissimo caelo fruuntur ex quo facile siderum cursus obseruare possent.

12. Quidam hoc Aegyptijs, qui in tentorijs habitauerunt, vbi noctu stellae conspiciebantur. Quod & verisimilius esse videtur. Nam cum primum principia ab ipso Abrahamo perceperunt, tum deniq; haec studio & diligentia auxerunt; ita vt Ptolomæum 30. annis in monte vixisse pro deprehendendo motu trepidationis accepimus, & cum Nilus agros eorum inundaret & sepimenta limitesq; multoties exterminaret, rationem quandam dimetiendi, vt unicuiq; sua certa portio tribueretur inuenerunt. Vbi primū colit Geometria. His metiendi modis in terra diligenter obseruatis ad caeli constitutionem applicuerunt, & tandem altitudines, longitudines, latitudines stellarum sumere inceperunt, & ita apud eos studium astronomiae magis magisque floruit.

13. Quidam hoc Sidonijs attribuunt; vt Phoenices (inquiunt) propter assiduam quam exercuerunt mercaturam, Arithmetica inuenerunt; Ita & Sidonij Astronomiam propter crebram nauigationem, quae absq; eius cognitione perfici nequit, summā cum diligentia coluerunt.

14. Sed omnia ex praecedentibus clara sunt, nec eos hanc scientiam inuenisse, nec postea primo restauratores extitisse, sed primum à nostris parentibus primis, posteris esse traditam & postea ab Aegyptijs mirum in modum amplificatam & con-

firmatam intelligimus. Nam in hac floruit Atlas Promethei frater Rex Mauritaniae, in Aegypto natus, eamque tradidit Herculi, qui in hac disciplina tantum dicitur profecisse, ut ob doctrinam rerum coelestium, qua praeditus erat, coelum ab Atlante susceptum, humeris suis sustinuisse praedicetur, magnaque eum esse gloria potitum, quod primus astrorum Sphaeras in Graeciam transtulerit.

15. Postea floruerunt in hac multi & excellentes viri Thales Milesius, qui primus Cyro Persarum regi Ecclipsin solis praedixit. Archimedes Syracusanus, Eudoxus, Timochares Alexandrinus, Andromachus Cretensis, qui Theoricarum inuentor fuit. Albategnus thebit inuentor motus trepidationis (quem Ptolomeus inuenire non potuit) in octaua Sphaera, atque reliqui multi quos hic recensere nimis longum foret, sed tantum eos qui effectus insigniores post se relinquerunt. Atque haec de primis inuentoribus.

16. Postquam vero haec scientiae aliquo modo completae, illis nomen *μαθηματικῶν* dedere, idque propter certas causas. I. Pythagorei & Platonici existimabant animas certo quodam numero contineri, & ita a corpore in corpus migrare, (quod tamen contra veritatem palam est) & propterea has scientias *μαθηματικῶν* nomine intitulas, (*μαθηματικῶν* quasi *ἀναμνηστικῶν*) quod maxime ex ipsis nanciscamur recordationem & reminiscen-
tiam eorum, quibus animae, antequam in corpus migrarunt, praeditae erant.

17. Altera haec est, quod haec disciplinae (nam *μαθηματικῶν* disciplinam significat) absque nullo praecipiente percipi fundamentaliter possunt. Ideo eas mathematicas nuncuparunt ut is, qui se his mancipauerit, tum demum se discipulum fore intelligat, & quod per fidelem demonstrationem ad veritatis metam perueniat.

18. Etiam scientiae appellantur, quod solae haec modum
scien-

scientiæ occupant : Proprium officium & munus scientiæ est
procedere à prius præcognitis ad minus cognita seu ignota, vt
Arist. 1. post: testatur: ita & illæ procedunt semper ex princi-
pijs præcognitis ad conclusiones demonstrandas : Ergo meri-
tò nomen scientiæ retinent.

19. Primis inuentoribus expositis, & nominis ratione ha-
bita proximum est, vt harum disciplinarum diuisionem inue-
stigemus.

20. Cum mathematicæ disciplinæ de quantitate agunt,
& omnis quantitas est aut discreta (sub qua omnes numeri)
aut continua (sub qua omnes magnitudines) & vtraq; aut se-
cundum se aut comparatione ad aliud consideratur; meritò
quatuor constituimus disciplinas Mathematicas, Arithme-
ticam, Musicam, Geometriam & Astronomiam. Numeros
absolutè & secundum se Arithmetica, relatiuè Musica con-
siderat. Magnitudinem continuam eamq; immobilem, qualis
est terræ Geometria perpendit. Mobilem vt cœli Astrono-
mia. Architas Taren. in Aristot. prædica.

21. Opticam, Geographiam, mechanicam, hic non excludi-
mus, sed eas ad has quatuor tanquam simplices suos fontes re-
ferimus. Optica enim Geographia & Astronomia & Mechani-
ca ex principijs Geometriæ ortū sumūt. Nam ὀπτική περὶ τὸ ὄψασθαι
vel potius de visu & eius accidentibus agit : Visus obiectum τὸ
ὄρατον qualis est lumen & color. τὸ ὄρατον triplici modo cernitur:
vel per ἰσοθαλασίαν seu εὐθυωρίαν seu recto aspectu, κατ' ἀνάκλασιν
reflexa visione & κατ' ἀδιάκλασιν, cum res obiectas in alia re intue-
mur. Ita ὀπτική triplex. Prioris modi scientia ὀπτική, alterius κα-
ταπτική, vltimo verò σκυωγραφική aut μέσση ὀπτική, hæc omnia absq;
Geometriæ cognitione perfici nequaquam possunt. Nam inter
visum & rem obiectam est aliqua distantia. Omnis distantia est
magnitudo, nulla autem magnitudo arte absq; fundamento
Geometriæ metiri potest. Ergò hæc ad Geometriam merito
referenda.

23. Mecha-

et Astron.



22. Geographia quæ terreni globi continet descriptionem locorum interualla & regionum designationem, Geometriæ & Astronomiæ tanquam fundamento innititur. Nam meridiano circulo (cuius cognitio ex Astronomia petenda est) longitudes & latitudes locorum metitur, vnde postea ciuitatum distantias inuenit.

23. Mechanica in conficiendis machinis & instrumentis ad vsum vitæ necessarijs occupata est. Instrumenta verò & Machinæ confici nequaquam possunt, quin linearum & circulo-
rum certa proportio obseruata est, quæ quidem obseruatio totaliter ex ipsa Geometria pendet. Ergo & hæc ad Geometriam tanquam ad suum fontem merito refertur.

24. Nunc diuisione explicata, dignitatem & harum disciplinarum videamus certitudinem. Omnis scientiæ dignitas in duobus consistit, aut in subiecti, materiæ seu causæ dignitate: Nam per subiecti ignobilitatem scientia quoq; ipsa vilescit: aut in certitudine demonstrationum & modo procedendi. Arist. 1. lib. de ani. & 12. Metaph.

25. Subiectum autem vocamus id, cuius principia & affectiones quærentur; Per passiones autem siue proprias affectiones vna scientia ab alijs distinguitur. Zab. de natur. scien. conf. cap. 2.

26. Demonstrationes dicimus esse media, quibus passio probatur inesse subiecto, quæ media quo illustriora sunt, eo nobiliorem etiam reddunt scientiam.

27. Verùm in omnibus disciplinis non est eadem subiecti dignitas, nec eadem demonstrationum certitudo. Nam Physica quamuis habeat suam certitudinem, circa materiam tamen vt plurimum versatur mutabilem & corruptibilem. Ethica item disciplina secundum Philosophum *πλεονεξία* habet *πλεονεξία* *ἢ διαφορά*. Versatur enim circa voluntatem humanam, qua nihil est mutabilius, vnde & in hac disciplina perpetuæ de-

ruæ demonstrationes non sunt. Doctrina de anima circa nobilissimum quidem subiectum, scilicet animam humanam occupata est, nec tamen huius perfecta est scientia. Nam essentia animæ est inquisitu difficilis, quia in sensus non incurrit, operationum postea cognitio valde difficilis, quoniam illæ pendent ab essentia animæ, nobis maxima ex parte incognita, Ergo & in hac nec exquisitæ sunt demonstrationes.

28. Sed in disciplinis Mathematicis & est præstantia subiecti & demonstrationum certitudo. Si Astronomiæ subiectum seu materiam spectemus, huic primum inter omnes disciplinas naturali lumine acquisitas, locum debemus. Agit enim de corporibus cœlestibus, quæ omnium nobilissima sunt. Nam sunt omnis mutationis expertia, nec aliquis motus, qui substantiam eorum variaret (quod in his sublunaribus fit) est inuentus. Nam licet Elementa secundum se tota non possunt generari, aut corrumpi, secundum tamen partes perpetuæ generationi & corruptioni sunt obnoxia. Deinde quia inter omnia alia corpora nobilissimum locum, videlicet supremum occupat. Quo enim corpora sunt superiora, eo nobiliora existimari debent. Tum præterea corpora cœlestia omnium horum inferiorum causæ esse censentur. Nam secundum Philosophum sol & homo generat hominem ut 2. de generat. testatur, in obliquitate Zodiaci solem & reliquos planetas per motum esse causas generationis & corruptionis in his inferioribus. Omnis enim causa nobilior est suo effectu.

29. Si demonstrationum certitudinem expendamus, eam superare omnes reliquas doctrinas videbimus. Cum omnis doctrina omnisque disciplina ex præexistente gignatur cognitione, atque ex assumptis & concessis quibusdam principiis suas, demonstret conclusiones. Nulla enim scientia est, quæ sua principia demonstrat. Ita Mathematicæ disciplinæ sua principia demonstrant. **B** Mathematicæ disciplinæ sua principia demonstrant.

habent principia ex quibus positis & concessis sua problema-
ta demonstrant. Principiorum apud Mathematicos tria sunt genera.
In primo reperiuntur omnes definitiones seu suppositiones;
His explicantur vocabula scientiarum ne in tractatione ipsa,
nominum ambiguitate aut obscuritate circumuenti, in Para-
logismos incidamus. Secundum genus sunt petitiones & po-
stulata, quæ ita vera sunt vt nulla indigeant confirmatione,
sed tantum auditoris exposcunt assensum, ne in demonstnan-
do aliqua sit hæsitatio & difficultas. Tertium sunt axiomata
seu communes animi notiones, quæ non solum in scientia pro-
posita, sed etiam in omnibus alijs ita manifesta sunt, vt nullus
qui vocabula perceperit ab ijs dissentire queat. Christo. Cla.
in com. super Eucl. 30. His omnibus utitur Astronomia ita vt de Arithmeti-
ca & Geometria (cuius hæc principia sunt) Plato ausus est di-
cere, eas esse alas quibus in coelum ascendimus. Et hæc o-
mnia ex consensu Philosophorum omnium primum certitu-
dinis gradum obtinent. Ergo & ratione subiecti & ratione
certitudinis in demonstrationibus hæc disciplinæ omnium
præstantissimæ & certissimæ sunt habendæ. 31.
32. Nunc contra Epicurum & eius complices nostra in-
stituenda est disputatio, is vt multa ordinata & utilia con-
temsit, sic & has disciplinas contemnere non erubuit, multo-
ties in illis nihil utilitatis, sed potius iuuentutis esse præsti-
gium & ingeniorum perturbacionem proclamans. Vt verò
huic & omnibus eius socijs satisfiat, utilitates harum disci-
plinarum recensebimus, ac licet multæ & innumerae sint, eas
tamen ad quinque classes redigemus. 33.
33. Classis sit Philosophorum, quod hæc maximè pro-
sunt illis, qui cum fructu quodam in disciplinis reliquis pro-
gredi desiderant. Nam ex harum speculatione ingenium acui-
tur &

eur & habilius ad reliquas percipiendas redditur. Vnde Platonem neminem in auditorium suum, quin continuo ipsi specimen ingenij & eruditionis in Mathematicis edidit intramittere velle intelligimus. Quia si has acutè quispiam (statuit) perceperit, reliquas vbi opinionum est diuersitas, tutius aggreditur.

34. **Classis Theologorum.** Nam nullus Theologus rectè sacros scripturam in quibusdam locis absq; cognitione explicare potest. Vt August. lib. 2. cap. 16. De doctrina Christiana demonstrat. Numerorum inscitia multa non intelligi à multis, quæ translate & mysticè posita sunt in sacra scriptura.

35. In quibus Geographia Theologo inseruit, nemini non sanonotum est absque eius enim scientia, locorum, ciuitatum, quarum crebra in scriptura S. mentio fit, certa cognitio haberi non potest, nec peregrinationes patrum, sanctorum Apostolorum, & ipsius saluatoris nostri absq; huius adminiculo vnquam intelliguntur.

36. In quibus hæc eadem historico prædest (nam etiam bonum Theologum Historicum merito esse oportet) illi qui arenam excutiunt oculis satis acutè vident; videlicet cum ei circumstantias loci explicare incumbit, quod ab illo nullo modo fieri potest, quin certam & euidentem totius orbis constitutionem ex huius præceptis fideliter perceperit.

37. Nullum deniq; potest esse temporis discrimen, nulla annorum & mensium obseruatio, nulla festorum mobilium & immobilium cognitio, si disciplina Mathematica perirent, Quia hæc omnia ex solis motu & lunæ vicissitudinibus pendent, quarum cognitionem nobis Astronomia suppeditat.

38. **III. Classis est Iurisconsultorum.** Qui in Cathedra sedere & lites dirimere ac controuersias tollere absq; harum

disciplinarum scientia nequaquam possunt: Cum de iure hereditario, de commercijs, de usura siue simplici siue composita seu multiplici, De agrorum, sylvarum & huiusmodi dimensione controuertitur, quomodo sententiam iustitiæ consentaneam proferant nisi Mathematicum discipulos se fideliter exhibuerint.

39. **IV.** Classis Medicorum est: Hisce adeo conducit Astronomia vt Galenus Medicorum princeps ægrotos moueat, ne se committant manibus medicorum astrologiam ignorantibus. Nam medicamenta parum aut nihil profunt temporibus incongruis exhibita, imò verò sæpe nocere solent. Hæc autem tempora ex planetarum motibus, qui ad astronomiam pertinent, duntaxat cognosci possunt.

40. **V.** Classis est omnium hominum in vita communi. Ars nautica, Mercatura, Agricultura, & ars militaris humano generi maximè vtiles & necessariae, nulla ratione fines suos absque præsidio Mathematicarum disciplinarum digne tueri possunt.

41. Hisce positis meritò contra Epicurum & omnes eius socios concludimus, disciplinis Mathematicis maximam inesse utilitatem, illumq; cum omnibus suis sectatoribus cæcum homuncionem reijcimus, nosque has vt vtiles ita humano generi scientias summe necessarias colimus & amplectimur.

42. Atq; hæc de disciplinarum Mathematicarum origine, Diuisione, certitudine & utilitate breuiter dicta sufficiant, si in quibusdam scopum non attigimus, nobis veniam dari petimus, & via monstrata faciliorem sequamur, interea ramen in nostra manebimus, quo ad alia nobis declarata fuerit verisimilior.

COROL



COROLLARIA.

I.

An in scholis benè constitutis prius proponenda sit Mathematica quàm Physica. P. A.

II. Optica.

Radius opticus est linea naturalis qua species, rei vnde venit, diffunditur per medium aliorum.

III.

Non tamen est corpus sed habet corporis analogiam in ipsa reflexione sicut habet in motu ait rectè Scaliger. exerci. 75. f. 10.

IV.

Tenebræ cum nihil sint, agendi vim non habent, nec igitur afficiunt, immutant aut lædunt visum.

V.

Tenebræ propriè oculis non apprehenduntur, sed percipiuntur argumento priuationis & absentia lucis.

VI.

Oculus nihil intelligit nec quicquam existimat & iudicat per se.

A 3

Nec

VII.

Nec tamen visio ferè perficitur sine *discrezioni*
discretionem, Scalig. exer. 80. f. 6.

VIII.

Omnis virtus naturalis est finita, ideo non
videmus ea quæ nimium a nobis distant.

IX.

Medium quod est causa sine quâ non sensio-
nis, a sensibili prius immutari & affici oportet quam
ipsum visum.

X.

Itaque inter visibile & oculi distantiam me-
dium necessario requiritur.

XI.

Etenim si sensibile sensorium per se contingat
non fit sensio.

XII.

Quæ causa est, cur chartâ oculo impositâ li-
teræ non conspiciantur.



M. CHRI-



M. CHRISTOPHORI GEORGII
SVINDINGI DANI.

AD
Doctiss. D. Respondentem,
SIMEONEM VVROCK Helmstad.

Ode Tricolos tetraastrophos.

Radice, Celsæ ut Pineæ & Ilices
Nixæ suâ, sic culmina dogmatum,
Fundamini sunt nixa primo.

At velut ista, latent & illa.

Sic prisca verè, sic & identidem
Secla hæcce, quod quis nec neget, altius
Quicumq; in se sacrum penetral
Et Sophias aretesq; condat.

Hæc tibi mens suadet, & altius
Radice virtus fulta, per ardua
Iturus eruditionis

Culmina quando, elementa ponis.

SVENO NE perge ô præside, præstite!
Trita ille nunquam spirat, is abdita!
Conatur & labore multo
Pandere mox tibi sacra phæbi.

Eidem.



Eidem.

S Candere cui cura est Parnassi culmina
montis,
Et dignas castis laudes cantare camoenis
Huic opus assidue, discat qua possit in arte
Pergere & amissim (quoniam labyrinthus ad
illas)
Theseus vt filium, quærat: sic ardua vincat.
Palladias quoniam tentas V V R O C K scandere in
arces,
Quæ latuere diu & certas cognoscere in illis
Perge bonis auibus sit felix cursus & actus,
Et studio musas recale sic doctus haberis.

*Aruidus Petri V Vernamoen-
sis Suecus.*

F I N I S.



94 A 7363

ULB Halle 3
002 826 550



5b.


V47

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
Campus in Berlin-Potsdam
Via Lorenza kam für illu



visibile voluit ex uirgine sumere: con-
grue debuit corporali specie apparere
formavit autem angelus corpus
sibi lucidum: quod secundum Augustinum facie
rutilans et veste choruscans uir-
gini apparuit. Conuenienter uero
uirgini annuntiatur incarnatio uerbi:
ut scilicet prius ipsum inciperet me-
te quam carne. Mutans ergo
angelus nomen eue. dicit uirgini
aue: indicans eam ab omni uel
beram. Que bene gratia plena di-
citur: quod alijs ad mensuram gratia
datur: hec autem sola gratia
quam nulla alia meruerit conse-
cuta est: ut gratie impleretur
auctore. Que cum gratia plena sit.
prius etiam quam accipiat: post accep-
tionem quantum dei habundat gratia
quis cogitare possit? Unum ieronimus
Et bene plena: quod ceteris per partes
prestat gratia: maiore uero simul
se totam infudit gratie plenitudo:
uere gratia plena: per quam largo sancti
spiritus umbre perfusa est omnis
creatura. Que celis dedit gloriam.
terris deum pacemque refudit: fidei
gentibus finem uicibus: uite ordinem.
moribus disciplinam. Dicitur
quoque ei dominus tecum. scilicet sit in uen-
tre. qui tecum est in animo: adimplet
ventrem. qui adimplet mentem.

quod et si tota saluatio angelus in se
uirgini gratissima: ista tamen clausula
dominus tecum potissime eam delectat
ideo singulari deuotione dicitur de eam
Licet enim iam eam in uirgine: non
tamen misit nuncium: quod modo singulari uol-
uit esse secum. Hec etiam sola per-
omnibus mulieribus et super omnes mu-
lieres benedicta predicatur. Cum
mulier subiaceret maledictioni dei
ut legis: nam corrupta subiaceret ma-
ledictioni dei que ait In dolo par-
tes: uirgo maledictioni legis non
erat. maledicta sterilis: sed inania
utrumque maledictum uitauit: maledic-
tionem dei. quod uirgo promissit: maledic-
tionem legis: quod filium habuit. Unde
ipsa primicia uirginum dum primo
uiginitate sua de obtulit. maledic-
tionem legis aboleuit: et merito benedicta
dicitur: per quam mundus a maledic-
tione liberatur. Et notandum
quod super hac saluationem nunquam ho-
mo uenire ualebit: nec alius
excellens dulcis et gratiosus uirginem
salutem potit: quam dicitur sa-
luatioem quam ipse deus per dicitur
et per angelum ei destinauit. In quo
uobis singulis dulcissima implen-
tur mysteria. Nam deus per eam
sua omnipotentia confirmat: ut
esset inimicus ab omni uel
tunc uel quod que filia



28

...VTATIO
DE
...MATICA
...CIPLINARVM
... PRIMIS INVEN-
...one, certitudine, item
& vtilitate.
*...ius Theses
...nuente gratia.*
... Præsidio
...ONIS IONAE
...RI SVECI,
...stri Academia IVLIA.
... defendendas fuscipit
...VROCK HELMAE-
...DIENSIS.
...ie 15. Iunij.
...AESTADII,
...OBVS LVCIVS, Anno
... 10 CV.

